

mero. Libri *Salomonis Praelo-*
quiis gaudent. Duplici ante Pro-
verbia Nota isthaec subjecta est:
Ideo et de greco et de hebreo
prefaciuncula utraque in hoc libro
premissa est: quia nonnulla de gre-
co ob illuminationem sensus et le-
gentis edificationem. vel inserta
hebraice translationi. vel extrinse-
cus iuncta. Et idcirco qui legis
semper peregrini memento. Quis-
nam hic Peregrinus? An Conra-
duis Hirsaugiensis, quem sub Pe-
regrini nomine multa vulgasse tra-
dit Tritheimius? An Peregrinus
ille O. P. cujus Sermones Sec.
XV. pluries impressos habemus?
Ecclesiastico adfuta est illa Salo-
monis Oratio, de qua jam ad alia
Biblia diximus.

XIII.

62 Codex membraneus lat. Sec.
 XV. Folior. 182. cultu prioris,
 est *Tomus III. Sacrorum Biblio-*
rum, cui insunt: Job, Tobias,
Judith, Esther, II. Machabaeo-
rum, Isaias, Jeremias, Baruch,
Ezechiel. Omnia Prologis Hie-
ronymi instructa.

XIV.

63 Codex membraneus lat. Sec.
 XV. Folior. 191. praecedentibus
 per omnia par, est *Tomus IV.*
et ultimus Sacrorum Bibliorum,
in quo continentur: Daniel, XII.
Propbetae, IV. Evangelia, Epi-
stolae Paulinae, Actus Apostolo-
rum, Epistolae Canonicae. Apoca-
lypsis. Partim Prologis Hie-

nymi, partim brevibus argumentis
 praemunita. *Job. I. c. 5.* testimo-
 nium terrestre ante coeleste posi-
 tum est. Evangelistis in margine
 loca harmonica diligenter adscrip-
 ta sunt. Illud addere libet, No-
 mina propria hebraica in LX de-
 finientia per Codicem in hac sylla-
 ba adspirari, monerique id ex-
 presse T. III. fol. 20. in margine
 occasione vocis *Ragubel.*

XV.

Codex membraneus lat. Sec. 23
 XV. Folior. 435. f. max. fat ni-
 tide scriptus, librorum initiis au-
 ro, coloribusque illustratis con-
 tinet *sacra Biblia V. et N. VI.*
 juxta vulgatam interpretationem
 praemissis ubique *Hieronymi Prae-*
fationibus praeter Lib. Machab.
 quibus *Rabanus Maur.* praefatur.
 Libri se ordine consueto exci-
 piunt. *Esdrae tertius* ob inter-
 jectum *Nehemiam* inscribitur *secun-*
duis. Cantica Canticor. dialogos
 exarata sunt, ut ad *Biblia Wen-*
ceslai Imp. infra adnotavimus.
Evangelium Matthaei haec praе-
 cedit rubrica: *Incipit evangelium.*
Mathei cancellarij iesu cristi. In-
 ter *Epistolas Paulinas ad Coloss.*
 et *Thessalonic.* intrusa est, minore
 tamen frontis ornatu, *Epistola ad*
Laodicenses apocrypha, de qua
 confer *J. Alb. Fabricii Cod. Apo-*
cryph. N. T. p. 853. Ad cal-
 cem *Apocalypseos* ita legitur:
Explicit liber Biblie. Quem scrip-
sit Johannes filius domini zacharie
pellificis. Cuius Noue ciuitatis
Praagensis. Et perfecit seu com-